



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Applausus In Multum Desideratam & tandem absolutam Trium Nucleorum  
Editionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**



# A P P L A U S U S

IN MULTUM DESIDERATAM  
& tandem absolutam TRIUM NU-  
CLEORUM Editionem.

**J**USTITIÆ NUCLEO, superaddis  
MARCHIÆ LEGUM,  
MYSTICUS ET NUCLEUS TER-  
TIUS ipse adest,

Quid sibi mixta volet NUCLEORUM  
TRINA medulla?

Anne ut grata DEO TRINA HOLO-  
CAUSTA feras?

Rem tetigi, TRIADIS Divinae incensus  
amore,

Ad Templum Domini fers TRIA DO-  
NA simul:

Thaboreo Christus quod Petro in monte ne-  
gavit,

MARCHIE tu præstas, hisce TRI-  
BUS NUCLEIS:

Tunc sapienter agis, nec sunt molimina vana,  
Sed mundo utilia & grata futura DEO,

Dum struis in vita, NUCLEIS HABITA-  
CULA TRINA,

Præmittis que polo, quo, loca tuta parces,  
Uc



Ut post finitum vitæ mortalis agonem,  
Præmia percipias, digna Labore tuo;  
Hoc **INSIGNE LEO**, pedibus subvectus  
in altum,  
Hoc **AQUILÆ** rostrum, dum petit al-  
ta, notat,  
Est **LEO** magnanimus, forti quoque robo-  
re pollet,  
Magnum animum petiit, sic Labor ille  
tuus,  
Inter aves **AQUILÆ** sunt visu & mente sa-  
gaces,  
Sic minus, haud **NUCLEUS MYSTI-  
CUS** ille tuus,  
In quo describis fallacis gaudia mundi,  
Et salebrosam quæ ducit ad astra viam,  
Inferni pœnas, Cœlorum gaudia pandis,  
Quod justum suades, omnia recta do-  
ces,  
Es hostis vitiis, irati more **LEONIS**,  
Et virtutis iter, more **AQUILÆ** re-  
feras:  
Dæmonis insidias, & fraudes mill-  
cendi  
Detegis, & quales contegat arte do-  
los:  
Et quæ magna putat, vulgi persuasio  
cæci,



Pro nihilo ducis , stultitiamque vo-  
cas :

Ad meliora trahis , cœlestia quærere sua-  
des,

Dum terrena probas , interitura brevi:  
Omnibus instillas, sanctum virtutis amorem,

Ut nullum lateat, quæ facienda sibi,  
Tot loca Scripturæ, parvo concludere libro,

Immensus labor est , ingeniūque probat:  
Infirmum corpus, tantos subiisse Labores

Mirum, Divina at gratia, euncta potest:  
Ipse boni cōmunis amor, non propria curans,

Corporis adjuvit Te superare mala ;  
Doctrinâ rarâ, Divina, humanaque jungis,

Hicce **TRIBUS NUCLEIS**, Laude pe-  
renne tua:

Pabula Divini præbent tua Carmina verbi,  
His animas recreas , pascis amore Dei:

Divitias alii, aut vanos sectentur honores,  
Hæc Tu contemnens , quæ magis alta pe-  
tis:

Gloria Tu Patriæ es **MEDI. SANCTI-**

**QUE JOANNIS**,  
Publica Doctrinæ, dans documenta Tuæ:

In cœlo quondam , stellarum more mica-  
bis,

In terra **LEGIS**, **JUSTITIAMQUE**  
docens;

Boilus



Zoilus injustè , - rodet tua MARCHIE  
Scripta,

Ni prius in Lucem, det meliora Tuis:  
Doctrinæ est commissa Tuæ, Censura li-  
brorum, hinc

Carpere præsumet, garrula lingua minus:  
Insuper augebit, NUCLEI translatio famam,  
Versu Teutonico, Lucem habitura brevi.

*Quibus, Collegæ suo longè charissimo, ex  
sincerissimo cordis affectu applaudebat, Io-  
annes Brogberem I. V. L. ejusdem Eccle-  
sia ad S. Ioannem Osnabrugi Canonicus,  
nec non Eminentissimi ac Reverendissimi  
S. R. E. Cardinalis Episcopi ac Principis  
Osnabrugensis, Ratisbonensis, &c. Consi-  
liarius Ecclesiasticus,*

† 7

CAR